



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput centesimum trigesimum octavum. Latus Jesu perfoditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

CAPUT CXXXVII.

Crura Jesu, perinde ut latronum cruci itidem suffixorum, non franguntur.

EXOD. 12. 43, & seq. Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron, Hac est religio Phase In una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras, nec os illius confringetis.

NUM. 9. 9, & seq. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filiis Israël, Homo qui fuerit immundus super anima, si ve in via procul in gente vestra, faciat Phasem Domino in mense secundo, quarta decima die mensis ad vesperam: cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud: non relinquent ex eo quippiam usque mane, & os ejus non confringent; omnem ritum Phasem observabunt.

JOH. 19. 31, & seq. Judæi ergo (quoniam Parasceve erat) ut non remaneret in cruce corpora sabbatho (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites; & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderent cum jam mortuum, non frangerunt ejus crura Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleteretur, Os non comminuetis ex eo.

CAPUT CXXXVIII.

Latus Jesu perfoditur.

ZACH. 12. 10. Et effundam super domum David, & super habitatores Jerusalem, spiritum gratie & precum: & aspicient ad me quem confixerunt; & plangent eum planctu quasi super unigenitum; & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.

JOH. 19. 33, & seq. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderent eum jam mortuum, non frangerunt ejus crura; sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleteretur, Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit, Videbant in quem transfixerunt.

APOC. 1. 7. Ecce venit Jesus cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: plangent se super eum omnes tribus terre.

CAPUT CXXXIX.

Jesu corpus pollinciunt & sepeliunt Joseph & Nicodemus.

ISA. 53. 9. Et dabit impios pro sepultura, & divitem pro morte sua.

MATTH. 27. 57, & seq. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dices ab Arimathea, nomine Joseph, & qui ipse discipulus erat Jesu: hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus, & accepto corpore Joseph involvit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Et **Marc.** 15. 42, & seq. **Luc.** 23. 50, & seq.

Joh. 19. 38, & seq. Post hæc autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathea (eo quod esset discipulus Jesu: occultus autem propter metum Judæorum) ut tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Jesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primum, ferens mixturam myrræ